Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

meas ad populum non credentem si
contradicentem michi
XI
Dico ergo: Numquid deus re-
pulit populum suum. Absit. Na-
m ego israhelita sum ex se-
mine abrahe de tribu benia-
min. Non repulit deus plebem suam
quam prosciuit. An nescitis in helia
quid dicit scriptura: quomodo
interpellat deum aduersum israhel.
Domine prophetas tuos occiderunt: alta-
ria tua suffoderunt. et ego relic-
tus sum solus: et querunt animam
meam. Sed quid dicit illi diuinum
responsum. Reliqui michi septem mi-
lia virorum: qui non incurbauerunt
genua ante baal. Sic ergo et in
hoc tempore: reliquie secundum electionem
gratie salue facte sunt. Si autem
gratia: iam non ex operibus alio-
quin gratia iam non est gratia. Quid
ergo. Quod quaerebat israhel hoc non
est consecutus: electio autem consecu-
ta est: ceteri vero excecati sunt
sicut scriptum est. Dedit illis deus
spiritum compunctionis: oculos ut non
videant: et aures ut non audiant:
usque in hodiernum diem. Et dauid di-
cit: fiat mensa eorum coram ipsis in
laqueum. et in captionem. et in scandala
lum et in retributionem illis. Obscu-
rentur oculi eorum ne videant: et
dorsum eorum semper incurua. Dico
ergo. Numquid sic offenderunt ut
caderent. absit. Sed illorum de-
licto salus gentibus: ut illos e-
mulentur. Quod si delictum eorum di-
uitie sunt mundi: et diminutum eo-
rum diuitie gentium: quanto magis
plenitudo eorum. Vobis enim dico
gentibus quandiu quidem ego sum
gentium apostolus ministerium meum ho-
norificabo: si quo modo ad emula-
tionem prouocem carnem meam: et sal-
uos faciam aliquos ex illis. Si enim
amissio eorum reconciliatio est mun-
di: quae assumptio nisi vita ex
mortuis. Quod si delibatio sancta
est: et massa. et si radix sancta
est rami. Quod si aliqui ex ramis
fracti sunt: tu autem cum oleastER
esses insertus es in illis et consor
tes radicis et pinguedinis olive fac-
tus es: noli gloriari aduersus ramos
Quod si gloriaris: non tu radicem
portas. sed radix te. Dicet igitur
sunt rami ut ego insererer. Bene
propter incredulitatem fracti sunt
tu autem fide stas. Noli altum sa-
pere sed timete. Si enim deus natu-
ralibus ramis non pepercit: ne
forte nec tibi parcat. Vide ER
go bonitatem et seueritatem dei. In
eos quidem qui ceciderunt seueri-
tatem: in te autem bonitatem dei.
si permanseris in bonitate alioquin et
tu excideris. Sed et illi nisi per-
manserint in incredulitate inseren-
tur. Potens enim deus iterum in-
serere illos. Nam et si tu ex natu-
rali excisus es oleastro et contra na-
turam insertus es in bonam oliuam: quanto
magis hii qui secundum naturam sunt
inserentur sue olliue. Non enim volo vos ignorare fra-
tres mysterium hoc: ut non sitis vobis
ipsis sapientes: quia cecitas ex
parte contigit israel. donec ple-
nitudo gentium intraret. et sic
omnis israhel saluus fiet. sicut scri-
ptum est. Veniet ex sion: qui eri-
piat et auertat impietates ab
iacob. Et hoc illis a me testamen-
tum: cum abstulero peccata eorum. Secun-
dum euangelium quidem inimici propter
vos: secundum electionem autem carissimi
propter patres. Sine penitentia enim sunt
dona et vocatio dei. Sicut enim a-
liquando et vos non credidistis deo:
Nunc autem misericordiam consecuti estis